ac pro ipso vadio a Judicio non recedere satisfacere tenebitur et eorum successores tenebuntur quidem tamen [illegible] nulla re exquisita nec colore excogitato neque indicatur neque extra indicatur monitionibus appellationibusque quibusvis non differre nec quicquam sibi in auxilium contra [illegible] inscriptionem recipiendi qui soluto vadio utique inscriptioni presenti et omnibus in ea contentis satisfacere tenebitur cum suis successoribus tenens quoniam eorum pro sorte et interesse suo opus fuerit nulla in hoc prescriptione tempore obstante super quod ut expositum est

Protestatur Copistensky

Coram officio et actis presentibus castrensi premisliensi stans personaliter nobilis Jwanko Copistenski manifestabatur ac protestatus est quia nobili [illegible] relicti olim nobilis [illegible] Copistenski matri sue legitime non admittit nec admittere vult inscriptionem super reformationem suam dotis et dotalicii nobilibus Jwan Jamyensky et Lazar Copistensky facere et recognoscere quandoque ipse Jwan Copistensky prefatum [illegible] dem matrem suam legitimam de bonis ipsius reformationis non expulit nec deprimit de quo iterum atque iterum officio presenti protestatus est

Vulnera Jssai de Kornalowicze cum Swiszcil

Actum in castro premisliensi feria quarta post festum Sancti Francisci confessoris proxima anno 1566 sexto

9/X. Laboriosus Jssay Murasszyk de villa Kornalowicze subditus nobilis Hryczko Zeliborski coram officio et actis presentibus castrensi premisliensi personaliter stans demonstravit vulnus suum cruentum in summitate capitis quod vulnus apud eundem personaliter stans officium vidit ac debite comprehendit protestabatur sibi vulnus illatum esse per laboriosum Feydko Swyszcil de eadem villa Kornalowicze subditum nobilis Stanislai Chustanowski

Relatio mtis de non admissa introne per Rogoziensky in domum Pizowsky ex copia

Providus Mathias Przylapka ministerialis terrestris premisliensis cum nobilibus Feydkone Golowski et Joanne Janyszewsky personaliter ad latus stantibus ad instantiam Quondam Pauli Rogoziensky olim puerorum Pysz cuius premisliensis tutoris naturalis legitimi in vim relationis sue recognovit et per expressum fassus est quia hesterna die vigesima feria tertia post festum Sancti Francisci proxima dum Quondam Stanislaus Chwalibog vicecapitaneus

castri premisliensis nomine magnifici et spectabilis domini domini Spytkonis Jordan de Zalikzin castellani Cracoviensis et capitanei premisliensis in domum et fundum Pyszowsky ex una penes vicinum eundo ad templum ruthenorum Sancti Jwani que domus iure hereditario successionis naturalis ad marichnam sororem germanam predicti Pauli Rogoziensky post amitam illius animam pertinet et spectat post mortem vero marichne sororis eius ad eundem propinquitate naturali iuris et tutoria spectat introne violenter vigore donationis sacre regie ut ad simplicem petitionem sibi a sacra regia ut donatur consequutus et obtentus fuerit absque omnibus iuris gradibus iuris teutonici Magdeburgensis ipse Quondam Paulus tanquam propinquus consanguineus et nomine tutorio prefate olim Marichne protestando denegabat prohibebat ut admittebat denegatque prohibet neque admittit quod solebat protestatus est quia ipse violenter eiusdem introne faciebat occasione cuius salutem sibi actionem reservavit octavum talis violentie introne coram sacra regia ut secum agendum aut quicquid iure sibi competerit

Intro non est admissa in perlucris per Wislyzkie Sliwniczky

14/X. Actum in castro premisliensi feria sexta ante festum Sancte Hedwigis proxime anno domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto

Ministerialis terrestris premisliensis providus Hryc de Tharnawcze unacum nobilibus Joanne Piotrowski et Joanne Makowski secum comparens coram officio et actis presentibus castrensi premisliensi stans personaliter in vim relationis sue recognovit quia idem ut dictis nobilibus ad requisitionem Quondam Stanislai Sliwniczki actoris et inventoris et hoc tam vigore decreti sacre ut regie inter ipsum Stanislaum Sliwniczki ut actorem et magnificos Sebastianum Angelicz castellanum wisliciensem et Zophiam de Koszielecz coniuges cittos ex altera partibus lublini in conventione generali proxime preterita latte quam virtute decreti iudicii nomine generalis premisliensis et hoc continuando exequutionem suorum perlucrorum triplicium super eisdem coniugibus in eisdem iudiciis nomine generalibus premisliensis et bonis eorum Wapowcze et Zyrawycza perdidit et acquisivit hesterna die hoc est feria quinta post festum Sancti Francisci proxime preterita ad villam Wapowcze bona ipsorum castellani wisliciensis et Zophie de Koszielecz coniugum condescendisset voluisset ipsum Stanislaum Sliwniczky vigore huiusmodi triplicium perlucrorum in bona eadem Wapowcze aliaque omnia ad id pertinentia iuxta qualitatem et continentiam eorundem perlucrorum latius de premissis sonantem intromittere extunc huiusmodi intromissio et possessio in eisdem triplicibus